

usque ad festum sancti Andree proximum et si infra dictum terminum dictum factum poterit terminari bene quidem sin autem erunt ex utraque parte in eo statu in quo nunc sunt de quibus omnibus predictae partes communi concordia mandaverunt fieri duo publica instrumenta vel plura per manum scilicet mei (1) Conradi Cancellarii Ducalis Uenec. et per Laurentium filium Alberti Scarii not. unius et eiusdem tenoris. Acta fuerunt hec omnia in Pallatio Ducatus Ueneciarum.

Item predicto anno et indicione die septima (2) exeunte Augusto. Lecto predicto instrumento pacis et concordie per ordinem facte per predictos ad invicem inter predicta Communia nomine predictorum Comm. dictus Fr. Bonvixinus Syndicus actor et Procurator Comm. Bon. ex vigore predicti Instrumenti Sindicatus et procurationis in eum facti manu dicti Petrizoli not. ac etiam ex vigore alterius Instrumenti Sindicatus in eum facti per dictos d. Pot. et Capit. Comm. et Pop. Bon. in Consilio speciali et generali et per ipsum Consilium generale et speciale scripti manu eiusdem Petri not. cuius quidem Sindicatus forma hec est. In Christi nomine Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo tertio. Indict. prima die tertio decimo exeunte Augusto. Ad honorem domini nostri Iesu Christi et Beate Marie Uirginis Matris eius et B. Petri Apostoli et Sanctorum Francisci et Dominici Confessorum et omnium sanctorum et sanctarum dei et ad honorem Illustris viri d. Laurentii Teupolo ducis Uenec. et ad honorem et bonum pacificum

(1) La copia, ch' esiste nel nostro lib. de'Patti: perciocchè fu tratta dall'esemplare ch'era rimasto presso i veneziani, scritto non già dal nostro Cancellier grande, siccome quello, che portarono seco i bolognesi, ma dal notaro di quelli; non ha il *mei*, ed ha invece *dni*: e così in seguito, ove nominasi il notaro bolognese, non si legge *et per Laurentium etc.*, ma invece *et per me Laurentium etc.*

(2) Il nostro codice ha conservato anche

il giorno della settimana, dicendo: *die veneris septimo exeunte etc.*; e infatti, se il giorno, in cui fu scritto cotesto patto era il XV *intrante* del mese di Agosto, ed era giorno di *Martedì* (ved. nell' ann. 2 in sul principio del docum. p. 409); è ben naturale, che il VII *exeunte*, ossia il 25 di esso mese cadesse in giorno di *Venerdì*. Quest'osservazione giova altresì per confermare vieu-meglio ciò che ho detto colà intorno all'*intrante* e all' *exeunte* del mese.